

APPENDIX

AN ANONYMOUS «VITA SANCTAE EUPHROSYNAE»
IN A MONTECASSINO MANUSCRIPT

In an eleventh-century assemblage of saint's lives belonging to an ascetic framework copied at Montecassino, there is a peculiar version of the *Vita Euphrosynae* (BHL 2724). This version is neither a translation of the Greek *bios* nor a version of the existent Latin translations, but a new anonymous text. The author wrote his own version of the story of Euphrosyne, using as source an exemplar of Translation B, the most widely known Latin version¹. In Paolo Chiesa's terms, this new text belongs to the *tradizione* of the Latin translation, not to its *trasmissione*², and provides a good example of a text derived from another.

It is a very simplified version. Several episodes have been omitted or reduced to a single sentence. Most dialogues and Euphrosyne's reflections are ignored. All biblical quotations found in the previous texts are omitted. In contrast, the author amplified a few episodes. For instance, Paphnutius' monologue confronting the disclosure of the truth and his daughter's death is highly elaborated, and in a peculiar way. The most surprising feature in this section is the prominence of Paphnutius' suffering and a certain recrimination of Euphrosyne's actions, based on lies and deception (18):

O crudelis, o pessima, o omni humanitate deserta! O saxeum pectus, o animum adamantinum! Per triginta et octo annos posset pati patrem angustiarum, conteri, tribulari, cum uno omnes posset uerbo eius perturbationes sedare.

Interestingly, all considerations based on Luke 14.33, the foundation of the whole story of Euphrosyne, and the justification for her choice of a life of deception, are omitted. The author has a different view of Euphrosyne's story.

The text is written in a rhetorical style. See, for instance, the typical address to the reader (19):

1. For instance: the territory in which Paphnutius' men search for Euphrosyne is Alexandria and Egypt; the celebration at the monastery is the anniversary of the abbot's *ordinatio*; the name of Euphrosyne's tutor is Agapitus.

2. P. Chiesa, *Elementi di critica testuale*, Bologna 2002 (Testi e manuali per l'insegnamento universitario del latino 72), p. 35.

Quantus autem tunc stupor quantaque mentis hebetudo corripuerit uniuersos, quae fuerit prae immensitate stuporis et gaudii inundatio lacrimarum in oculis cunctorum astantium, melius silentio nostro cogitandum lectori considerandumque relinquimus.

The *Vita* is found in Montecassino, Archivio dell'Abbazia, 140³. According to Francis Newton, the manuscript was produced at Montecassino during the abbacy of Desiderius (1058-1105), perhaps in the second half of the 1070s or a little later. Giulia Orofino considered that it was written between 1071 and 1087⁴. Measuring about 38.5 × 24.5 cm, and comprising 586 pages⁵, it was copied by a Beneventan hand in two columns of twenty-eighth lines.

The manuscript contains a collection of *Vitae* usually found in monastic and ascetic contexts. First, Jerome's *Vita Pauli Thebaei* (pp. 1-14, *BHL* 6596), truncated at the beginning⁶, followed by Evagrius' *Vita Antonii* (pp. 15-119, *BHL* 609)⁷. Then, we have book 1 of the *Vita Romani Autisiodorensis abbatis* (pp. 119-40; *BHL* 7305), the *Vita Euphrosynae* (pp. 140-56; *BHL* 2724), and Jerome's *Vita Hilarionis* and *Vita Malchi* (pp. 157-200 and 200-12; *BHL* 3879, 5190). This last is followed by Sulpicius Severus' *Dialogi* (pp. 212-308, *BHL* 5614-16), and the *Vita Sabae* (pp. 308-46; *BHL* 7406). After this, we

3. For the date and origins, F. Newton, *The Scriptorium and Library at Monte Cassino, 1058-1105*, Cambridge 1999, pp. 72 and 360 (description of the manuscript). A very detailed description with bibliography by Roberta Casavecchia is in G. Orofino and R. Casavecchia, *Miniatura a Montecassino. L'età desideriana*, Cassino, Università degli studi di Cassino e del Lazio meridionale, Dipartimento di lettere e filosofia-Abbazia di Montecassino 2013. See also E. A. Loew, *The Beneventan Script. A History of the South Italian Minuscule*, Oxford 1914, p. 344; 2nd ed. prepared and expanded by V. Brown, Rome 1980 (*Sussidi eruditi* 34), p. 71 ("s. XI ex."). A description of the contents can also be found in *Codicum Casinensium manuscriptorum catalogus*, vol. 1, pars 1 (codd. 1-100), Montecassino 1915, p. 224.

4. Newton identifies our manuscript with no. 44 of the «General Desiderian Book Catalogue» of 1058-1087 included in *Chronica monasterii Casinensis*, 3.63, ed. H. Hoffmann, *Die Chronik von Montecassino*, Hannover 1980 (*MGH Scriptores [in Folio]* 34), p. 445, 15 («Passionaria totius anni, libros quattuor»); see Newton, *The Scriptorium and Library* cit., p. 257; G. Orofino, *La Miniatura a Montecassino. 1071-1087*, in Casavecchia and Orofino, *Miniatura a Montecassino* cit.

5. The page numbering usually found in the bibliography on this manuscript, running to page 606, already present in *Bibliotheca Casinensis seu Codicum Manuscriptorum qui in tabulario Casinensi asservantur*, tom. III. Montecassino 1877, pp. 260-1, is inaccurate: see Casavecchia and Orofino, *Miniatura a Montecassino* cit. The page numbers in the next paragraph correspond to the traditional (and wrong) page numbering. A number of folios are lost at the beginning.

6. It begins at *et multa quae persequi otiosum est incredibilia fingentes*, ed. E. M. Morales, in P. Leclercq, E. M. Morales and A. de Vogüé, *Jérôme, Trois vies de moines (Paul, Malchus, Hilarion)*, Paris 2007 (*Sources Chrétiennes* 508), p. 146, 15.

7. P. H. E. Bertrand in P. H. E. Bertrand and L. Gandt (eds.), *Vitae Antonii versiones Latinae. Vita beati Antonii abbatis Euagrii interprete. Versio vetustissima*, Turnhout 2018 (CCSL 170), pp. 3-103.

have the *Vita Fursei Latiniacensis abbatis* (pp. 346-72; *BHL* 3209) and Heito's *Visio Wettini* (pp. 372-90)⁸. Finally, Rufinus' *Historia monachorum* (pp. 390-538; *BHL* 6524)⁹ is followed by the *Vita Abrahae et neptis Mariae* (pp. 539-75; *BHL* 12)¹⁰ and the *Vita Mariae Aegyptiacae* (pp. 575-606; *BHL* 5417)¹¹.

This copy of the *Vita Euphrosynae* was published in tome III of the *Bibliotheca Casinensis* in 1877¹².

On the following pages, I give the text as found in the manuscript. The division in chapters tries to correspond to the late antique and early medieval versions of the *Vita Euphrosynae*.

8. R. M. Pollard, *Nonantola and Reichenau. A New Manuscript of Heito's «Visio Wettini» and the Foundations for a New Critical Edition*, «Revue bénédictine», 120 (2010), pp. 243-94, at p. 287.

9. E. Schulz-Flügel, *Tyrannius Rufinus, Historia monachorum sive de Vita Sanctorum Patrum*, Berlin and New York 1990 (Patristische Texte und Studien, 34); see Casavecchia in Orofino and Casavecchia, *Miniatura a Montecassino* cit.. On pp. 518-20, two excerpts of Rufinus, *Historia ecclesiastica*, have been incorporated into the *Historia monachorum*: *per idem fere tempus patres monachorum vitae et antiquitatis merito Macharius ... ante fores eius depositis abscedit* (2.4, PL 21, 511B-512C), and *florebat igitur Egyptus eo tempore non solum eruditus ... plures autem auditione didicimus* (2.8, PL 21, 517B-C).

10. Followed by *Exhortatio de detractone fugienda*, pp. 272-5, *BHL* 12d, ed. *Bibliotheca Casinensis* cit. *Florilegium*, pp. 225-6.

11. K. Kunze, *Studien zur Legende der heiligen Maria Aegyptiaca im deutschen Sprachgebiet*, Berlin 1969 (Philologische Studien und Quellen, 49), p. 187 («Übersetzung M_I»).

12. *Bibliotheca Casinensis* cit. *Florilegium*, pp. 221-5.

Edition

cod.: Montecassino, Archivio dell'Abbazia, 140, s. XI (c. 1071-1087)

Vita sanctae Euphrosinae

[1.] Fuit uir quidam in Alexandria Paphnutius nomine, diues ualde et honorabilis Deumque uehementer timens. Hic accepit uxorem satis sibi et claritate generis et morum honestate consimilem. Qui, cum per annos plurimos coherentes nec filium sibi nec filiam a Domino concedi conspicerent, dolebant grauiter multasque incessanter indigentibus elemosinas largientes pro concessione filii seu filiae indesinentibus misericordiam Domini precibus flagitabant. Et, ubicumque Paphnutius Dei audiebat famulum remorari, adibat eum preceque instantissima deposcebat ut pro sterilitate uxoris Dei dignaretur clementiam postulare. Vnde factum est ut ad abbatem quendam deuenteret mirae sanctitatis et famae, qui trecentorum quinquaginta fratrum congregationis gerebat custodiam.

[2.] Magnaque munera sancto deferens loco, obnixa tandem et humili supplicatione hoc a patre congregationis illius impetrare promeruit ut tam ipse quam congregatio uniuersa pro adimplerione desiderii sui ieiuniis et obsecratione instanti Domini pulsarent clementiam. Exaudiuitque Deus preces seruorum suorum filiamque concessit Paphnutio. Quae, cum septem facta esset annorum, baptizata est impositumque ei nomen est Euphrosina.

[3.] Duodecim autem cum consumasset annos, defuncta est mater eius. Porro puella proficiebat sapientia et aetate, et parilitate morum

defunctam in sese matrem uiuere demonstrabat. Erat autem speciosa nimis forma et decora facie, qua capti nobiliores iuuenes ciuitatis eam sibi a patre singuli in coniugem postulabant. Cum igitur decem et octo annorum curricula complexisset aetatis, a patre adolescenti illustrissimo desponsata est Alexandriae.

[4.] Detulitque eam benedicendam pater ad abbatem, cuius eam a Domino orationibus promeruerat, pecuniam secum non modicam fratrum profuturam necessitatibus deferens. Cum autem puellam abbas in xenodochio coenobii recipi praecepisset, sermonem ei aedificationis et salutis in partem aliquam diei protraxit, orationeque ad Deum fusa. Cum benedixisset ei, in monasterii sese interiora recepit. Puella autem cum patre tridui spatio in xenodochio remorata est. Audiensque in ymnis et psalmis et canticis spiritualibus fratres creatori laudes summa deuotione in ecclesia sedulo persoluentes, mirae in eorum uocibus suauitatis dulcedine replebatur, gemebatque et suspirabat dicens in semetipsa: «O bone Ihesu, quam felices ego quam beatos istos iudico seruos tuos, qui in terris adhuc degentes uitam merentur ducere angelorum tibi in cessanter ferre laudum concinnantes praeconia, quod in futura felicitate electi omnes in perpetuum creduntur acturi isti in carne adhuc fragili constituti dies ac noctes agere non desistunt. O quanta me crederem felicitate beatam, si mihi uia aliqua panderetur diuinitus per quam ad horum mererer consortium peruenire». Haec et huiusmodi multa per triduum, quo illic commorata est, mente uoluens ut sibi semita panderetur salutis, diuinam non cessabat clementiam implorare.

Peracto igitur triduo, cum disponderet cum filia redire, Paphnutius adiuit monasterii patrem, rogans eum et obsecrans ut filiam iterum dignaretur reuisere suarumque orationum fructum iterum benedicere sicque demum redeundi utrisque licentiam contribuere. Cum igitur ad Euphrosinam abbas uenisset confestim, sese ad pedes eius puella proiecit, orans et deprecans ut quae illius esset orationibus genita eius quoque in perpetuum orationibus seruaretur. Extensis itaque manibus, benedicens puellam abbas Christoque Domino patrem pariter commendans et filiam, abeundi utrisque concedit licentiam. Porro de puellae animo, quae semel fuerant inspirata diuinitus, salutis desideria non ultra potuerunt excidere unde ut ad effectum perducerentur ocius. Eum, cui nihil nouerat impossibile, sedulis non cessabat precibus inuocare. Pater autem

eius, sicubi Dei famulum repperisset, instabat precibus ut eum duceret ad puellam benedictionem super eam et orationem pariter largiturum, laborabatque nisibus uniuersis ut, quam seruorum Dei habere orationibus promeruerat, seruorum quoque Dei seruari orationibus mereretur.

[5.] Paucis interiectis diebus, postquam a memorato coenobio sunt reuersi, diem anniuersariam ordinationis suae saepe iam dictus abbas celebraturus misit quendam de fratribus ad Paphnutium, rogans eum ut natalicium illum ordinationis suae diem cum fratribus festiuum haberet. Forte autem, cum domum eius delegatus ingressus est frater, Paphnutius deerat. Tunc puella, uocans ad se Dei famulum, coepit ab eo perquirere fratrum numerum qui in eius coenobio morarentur. Cumque eos trecentos et quinquaginta esse respondisset, adiecit perquirendo puella utrum in una ecclesia omnes pariter psallerent et utrum aequali omnes abstinencia ieiunarent. Cumque ille omnes quidem in una pariter ecclesia psallere respondisset, non autem pari omnes abstinencia ieiunare, sed unumquemque pro uiribus sibi collatis diuinitus.

[6.] Subiunxit puella se ardentissimo flagrare desiderio ut, si qua uia posset, relictis ineptiis mundi huius, diuinae sese dumtaxat subderet seruituti. Sed si monasterium puellare adiret, timere se ne perquisita tandem et inuenta a patre seu sponso ui illata exinde cogeretur exire. Seruorum uero Dei qualiter posset congregationi misceri sese fatebatur nescire. Tunc seruus ille Dei eius, per uerba animum erga Deum ardentissimum recognoscens, id ei consilii contulit, ut, cum pater eius cum abbate remorans suo absens per triduum futurus esset, ipsa ad se interim seruorum Dei aliquem per internuntium euocaret cui suum in fide secretum committeret, atque ab eo ut comam abscideret capitis uestemque ei sancti indueret habitus postularet, sicque per tonsuram uestisque mutationem uirum simulans ad aliquam seruorum Dei congregationem deuerteret, cum quibus usque in finem archanum nemini committens suum celata posset omnibus et absconsa manere. Quod cum puellae quasi demissum caelitus consilium nimium placuisset, Deo et fratri illi super tantae salubritatis consilio gratias coepit copiosas referre.

[7-8.] Dum super his et huiusmodi sermo uoluitur, uenit Paphnutius. Cui cum missus frater legationem retulisset abbatis, nulla interposita

mora, arripit cum eo ad monasterium iter. Puella interim non fuit segnis fratris explere consilium. Missusque a puella nuntius, qui ad sese monachorum quempiam euocaret, dispositione Dei, ut creditur, religioso cuidam intereundum monacho obuiauit, suas tendendi pro monachorum more reculas in ciuitate uenundare. Hic igitur, cum deductus fuisset ad uirginem, totum eius fidei sui pectoris commisit archanum. Quid multa? Tonsa est per manus eius tunicaque sancti induta habitus.

[9.] Nocte autem insecuta, muliebribus cunctis exuta uestibus, uirilibus indumentis induitur. Sumptisque quingentis solidis, ad monasterium saepe superius memoratum progreditur. Abbati que per ianitorem legauit, quod eunuchus quidam de palatio prae foribus staret, qui cum eo quaedam conferenda haberet. Egressus igitur abbas, cum, facta oratione, residens eam quoque considerare iussisset, sciscitatur quisnam sit, cuiusque rei gratia ad eum fatigium sumpserit. Quae respondit eunuchum palatinum se esse seque illuc ea de causa uenisse ut ipse eum, si Domini uoluntas existeret, suis dignaretur spiritualibus filiis aggregare seque multas habere pecunias, quae demum ad ipsum essent monasterium deferendae.

[10.] Cuius cum nomen abbas interrogasset, Smaragdum se uocari respondit. Cum autem eius abbas petitioni tribuisset assensum, protulit puella quingentos, quos secum detulerat, solidos tradiditque abbati dicens: «Hos paucos interim, pater, solidos, ne dedigneris accipere. Certus et indubius, si mihi Dominus dederit, ut inter uos ualeam conuersari huic sancto loco multa per me et magna alia largienda. Accipiens igitur eunuchum, qui putabatur abbas, monacho eum cuidam Agapito nomine monasticis tradidit studiis imbuendum.

[11.] Tantus autem erat Smaragdi decor, ut per eum infirmorum quorundam fratrum mentibus temptationis scandalum gigneretur. Quo comperto, abbas praecepit ut Smaragdo pararetur cella, in qua solus remorari deberet. Quod Smaragdus, ouanter amplexus, sedebat in cella solitarius uigiliisque ieiuniis et orationibus studium indesinenter impendens.

[12.] Paphnutius autem reuersus domum, cum fugam filiae comperisset, misit legatos primo ad sponsi domum, percontans si forte eo uel sponte uel ui rapta uenisset. Cumque sponsus et socer tristes uehemen-

ter effecti eam illuc minime uenisse responderent, mittuntur legati continuo, quorum alii equis alii nauigio discurrentes per totam eam Alexandriam et Aegyptum perquirerent. Qui, cum omnes casso desu-
dassent labore, pater nullam poterat uel ad horam animo quietem ad-
mittere, iuges lacrimas et uoces eiulatus indesinenter emittens.

[13.] Illudque postremo maestissimo pectori accurrit consilium, ut
abbatem illum sanctum saepe superius memoratum adiret, eiusque sibi
orationibus restitui filiam postularet, quam eius sese meminerat oratio-
nibus genuisse. Cum autem per dierum ebdomadam, tam abbate quam
fratribus uniuersis ieiuniis et orationi instantibus, nulla cuius de Eu-
phrosina reuelatio extitisset, uocauit ad se Paphnutium abbas eique
constanter asseruit salubri se puellam tradidisse proposito. Et propterea
nihil de ea fratribus reuelatum, quod eius e contrario ad Deum indesi-
nens esset oratio, ne eam reuelari concedat. «Ne tu», inquires, «fortas-
sis eam, si reuelata foret, a sanctis, quibus procul dubio uacat studiis,
uiolentia irrogata conareris auertere». Per haec igitur et huiusmodi uer-
ba consolatum aliquantulum dimisit hominem.

[14.] Qui cum crebro gratia consolationis monasterium uiseret, sciens
abbas sapientiam et sanctitatem Smaragdi eunuchi, quadam die misit ad
eum Paphnutium consolationem per eius colloquia recepturum.

[15.] Tunc Smaragdus in haec uerba coepit adhortari Paphnutium:
«Non est qui credat, frater Paphnuti, animum te maestissimum gere-
re, quippe qui filiam perdideris unicam et quam de sterili coniuge
sanctorum accipere orationibus meruisti. Verumtamen ad memoriam
debes, frater dilectissime, reuocare Abraham filium, quem centenarius
de nonagenaria uxore acceperat. Cum sibi eum Dominus immolari
praeciperet, nullam praetendisse uultu, nullam animo gessisse tristi-
tiam. Non credens iustam esse tristitiam causam si ille acciperet fi-
lium qui donauerat, quanto magis tu omnem ab animo debes propul-
sare maerorem, cuius filiam non sibi Dominus immolari praecepit, sed
uiuentem eam ad meliorem partem sua inspiratione pertraxit. Hoc
enim tametsi ex relatione sancti patris huius monasterii certum ha-
beas. Me tamen etiam cohortante, uolo ut nullatenus debeas dubitare

15. Abraham ... tristitiam Gn 22.1-14

filiam tuam sanctum elegisse propositum et ob hanc causam nihil de ea uel sancto patri nostro uel sanctis fratribus reuelatum. Noli igitur, uir bone, deficere a disciplina Domini, nec fatigeris cum ab eo argueris. Quem enim diligit Dominus corripit, flagellat autem omnem filium quem recipit. Magis autem illa sancti Iob uerba tuo sedulo uersentur in animo, si bona suscepimus de manu Domini, mala quare non sustineamus? Dominus dedit, Dominus abstulit, sicut Domino placuit ita factum est: sit nomen Domini benedictum. Vincat igitur in tuo pectore amorem filiae amor Dei, neque doleas largitorem eam recepisse quam dederit, confidens de eiusdem clementia quod si patienter ad tempus pro eo feras absentiam filiae, prius te eo miserante uisurum ipsam, quam hac uita demigres».

Per haec et huiusmodi miris Smaragdus consolationibus animum refovit Paphnutii. Non potuit autem Paphnutius in Smaragdo aliqua signa filiae deprehendere, non solum propterea quia nulla ei de talibus poterat inesse suspicio et quia eius facies mira abstinentia oppalluerat, sed ob id maxime quoniam tota fere facie obducta cucullo cum ipso loquebatur. Frequentabat uero Smaragdi cellam Paphnutius, magnam semper de filia in eius uerbis consolationem recipiens.

[16.] Cum autem triginta et octo annos in cella consummasset Euphrosina, languore graui moritura corripitur. Ad quam cum Paphnutius uisitationis uenisset causa, rogatus ab ea est ut se per triduum non dimitteret.

[17.] Cum uero tertia uenisset dies in qua sese Euphrosina ad Dominum nouerat migraturam, uocauit ad se patrem eumque in haec uerba alloquitur. «Diem mortis meae, pater Paphnuti, conspicias imminere, neque praeter te mortalium quempiam ultra uel alloquar uel uidebo. Tribuit mihi Conditoris munifica largitas secundum cor meum. Compleuitque in bonis desiderium meum, licetque iam de inaestimabili

15. eam] *ea cod.*

noli igitur ... cum ab eo argueris cfr. Prv 3.11 ~ quem enim diligit Dominus corripit, flagellat autem omnem filium quem recipit = Hebr 12.6 (quem enim diligit Dominus corripit = Prv 3.12) ~ si bona suscepimus de manu Domini, mala quare non sustineamus = Iob 2.10 ~ Dominus dedit, Dominus abstulit ... nomen Domini benedictum = Iob 1.21

gratiae ipsius munere illud apostolicum coaptare. Bonum certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruau. De reliquo, reposita est mihi corona iustitiae, quam reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex. Vnde non est archanum meum tibi ulterius obtegendum nec tua, pater, amplius consolatio differenda. Procul igitur pelle ab animo maerorem omnem meque tuam filiam Euphrosinam sanctorum a Domino impetrata orationibus recognosce. Non esta passa Creatoris infinita clementia sanctorum orationum fructum spirituum patere morsibus immun-dorum, nec eam permisit maculari spurcitiis saeculi, quam orationibus sanctis saeculi parturiuerant contemptores. Vnde interiore eius erga me aspiratione est actum ut uestibus femineis commutatis inter ipsius famulos ancilla laterem, ne, si indumentis uestita muliebribus ancillarum Dei copularer consortiis, cognitam demum ui illata ad saeculum cogeres remeare. Ad abbatem autem hunc ueniens cum pauculos ei solidos obtulissem, dedi fidem copiosam aliam causa mei huic sancto loco pecuniam deferendam; quam repromissionem meam, si erga me plenam geris dilectionem, ocus et sub omni maturato celeritate implere. Cadauer autem meum nulli praeter te abluendum: eiusque praeter te nuditatem nulli quaeso, pater mi dilectissime, patiaris uidendam. Ecce ego uiam ingredior uniuersae carnis. Non ultra faciem tuam uisura, nec ultra tecum colloquium habitura. Suscipe, pater, ultimum uale Euphrosinae.» Haec cum dixisset, halitum extremum efflauit.

[18.] Quod cum contuitus fuisset Paphnutius, exclamans uoce magna, cecidit in terram quasi exanimatus. Ad cuius clamorem excitatus Agapitus institutor Euphrosinae cum cellam fuisset ingressus, defunctam illam et Paphnutium quasi exanimem iacentem conspiceret. Aquam algentem in faciem proiecit Paphnutii. Qui, ad tactum aquae in sese rediens, uoces ingentes ad sidera ploratus et eiulatus iactare nullamque secretis filiae fidem seruans, uniuersa cum clamore et ululatu coepit in lucem dare, uociferans et dicens: «Heu heu, filia mea! Heu heu, filia, ubi es? Quo abisti? Quis te mihi sub tanta celeritate eripuit? Quis tam perneciter os tuum obstruxit? Vocem abstulit? Verba sub-

17. quam] quem *cod.* ~ contemptores] contemptoris *cod.* ~ copiosam] copiosum *cod.*

18. hululatu *cod.*

17. bonum certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruau = II Tim 4.7 ~ de reliquo reposita est ... iustus iudex = II Tim 4.8

traxit? Vbinam sum, infelix? Vbinam est Paphnutius pater, Agapite? Putas somnium fuit? An reuera uox fuit filiae quae paulo ante meas perculit aures? Vbinam ergo tanta fugacitate delituit?» Et haec dicens proiecit se super cadauer Euphrosinae, heiulans et exclamans: «O filia mea! O lux, o uita! O omne bonum meum! Heu me miserum, uel per triduum uel per biduum uel per diem saltim integram ista intimaui. Ecce, pater Agapite, ecce filia, ecce Euphrosina, ecce fructus orationum uestrarum, ecce luctum meum, me miserum, ecce planctum meum, ecce inconsolabilem ululatum Paphnutii. Vae uae, Paphnuti, infelicissime cunctorum mortalium, quid acturus es? Vae uae, quid agis? Quo te uertes, miserrime? Taces, Euphrosina, taces. Me miserum! Vita mea morior, uere morior. Non est mihi ultra uiuendi facultas. Ego te mortua ultra uiuere potero, Euphrosina? Euphrosina mortua est et Paphnutius ultra uiuet? Quis me solabitur? Cum omne bonum meum deseruerit me, numquam ad me ulterius reuersurum? O crudelis, o pessima, o omni humanitate deserta! O saxeum pectus, o animum adamantinum! Per triginta et octo annos posse pati patrem angustari, conteri, tribulari, cum uno omnes posset uerbo eius perturbationes sedare? Heu me, quid agam, filia unigenita? Filia de dilecta nimis mihi sterilique uxore suscepta, filia sanctorum mihi a Domino orationibus impetrata, filia filiarum omnium hominum formosissima, filia feminarum omnium prudentissima. Filia mi, quid taces? Filia mi, ubi mel, ubi fauus eloquiorum tuorum, filia mi? Quis mihi det ut et ipse non ultra loqui ualeam, filia mi? Quis mihi det ut hic protinus moriar, filia mi? Quis mihi det ut humo tecum obruat, filia mi?».

[19.] Ad clamores et eiulatus huiusmodi fratrum illuc omnium confluit multitudo. Ipse etiam sanctus abbas, intimata ei morte Euphrosinae Paphnutiique fletu, maturus aduenit. Quibus uehementer obnixequae instantibus ut lacrimis et uociferationibus parceret, resumptaque mente, quaenam esset tanti ploratus causa euidentius aperiret, uix aliquando eorum potuit cohortationibus adquiescere in seque tandem rediens hos sermones effudit: «Quid per me uultis, patres sanctissimi, uobis lucidius declarari? Haec est infelicis Paphnutii filia Euphrosina. Haec, eunuchum simulans, ad nos uenit et per tot ecce tempora in hac cella uiuentes latuit uniuersos». Et singultiens uocemque ferens al-

posse] *fortasse* posset *ante correctionem*

tius, «Si fortassis», inquit, «non creditis uerbis meis, exuite eam, detegite, praebeate fidem saltem oculis uestris».

Quid plura? Parata aqua, cadauer exuitur abluendum de more. Non fuit ultra cuilibet de uerbis Paphnutii ambigendum, cum iam nudata ueritas ipsis oculis certum sui praeberet indubiumque indicium. Quantum autem tunc stupor quantaque mentis hebetudo corripuerit uniuersos, quae fuerit prae immensitate stuporis et gaudii inundatio lacrimarum in oculis cunctorum astantium, melius silentio nostro cogitandum lectori, considerandumque relinquimus. Quam rem quam digne scimus per nos explicari non posse, uerbis prosequi quibuslibet laboremus. Abbas autem ipse, super sanctum cadauer se iaciens, eiusque manus pedesque deosculans, clamabat dicens: «Euphrosina, sanctorum filia, Euphrosina, huius a Deo congregationis precibus impetrata, ne obliuiscaris confratrum et conseruorum tuorum, uirgo sanctissima, oraue indesinenter pro nobis ad sponsum tuum, agna Dei sponsaque praelecta filii Dei, ut, te interuentrice, deuicto hoste, tuis tandem mereamur gaudiis admisceri». In haec uerba interuentum Euphrosinae apud Deum omnis quoque congregatio inuocabat.

[20.] Quantum autem Deo conuersatio Euphrosinae accepta extiterit, hora eadem magni est ostensione miraculi declaratum. Frater namque quidam, peste qua nescio inualescente languoris, lumen unius oculorum amiserat. Qui, cum sancto cadaueri osculum impressisset, lumen sibi diuinitus sensit continuo restitutum.

[21.] Mandato autem terrae cum mirae deuotionis exequiis sancto cadauere, domum Paphnutius est reuersus suaeque omnia per ecclesias pauperesque distribuens. Partem maximam sancto conferens monasterio, cellam in qua filia fuerat commorata ingressus est. Ibiue mira corpus macerans abstinentia atque in psiathio semper Euphrosinae dormiens, octo in sancta religione decursis annorum curriculis, migravit ad Dominum, cui est honor et gloria in saecula saeculorum. Amen.

19. hebitudo *cod.*

21. psiatho *cod.*